

MANVTIVS, IAC. SADOLETVS, OCTA. FER-
 RARIVS; ex Gallis PET. BVNELLVS,
 MARC. ANT. MVRETVS, IVL. CÆS. SCALI-
 GER, DIONY. PETAVIVS; ex Batauis
 DESID. ERASMVS, IVST. LIPSIVS, ERIC.
 PVTEANVS, HVGO GROTIVS, DAN. HEIN-
 SIVS; inque Germania nostra PHILIP.
 MELANCHTON, IO. STVRMIVS, IO. CASE-
 LIVS, AVG. BVCHNERVS, & qui natione
 saltim Germanus est, IO. GEORG. GRÆ-
 VIVS, SCHVRTZFLEISCHIVS, vt taceamus
 nunc reliquos, illustrarunt. Ex pluri-
 bus hisce feligimus AON. PALEARIVM,
 qui feliciter expressit CICERONIS com-
 positionem, numerum & elegantiam,
 Amst. 1659. 8. & Ienæ 1728. cum præ-
 fat. HALLBAVERI. MANVTIVM, qui CI-
 CERONIS dictiones colligit, sed a vigore
 illius ac prudentia sapius multum abest.
 Prodiit cum summaris & notis KIRCH-
 MANNI & accessione quadam IAC. THO-
 MASII, Lipsf. 1682. MVRETVM, in quo
 vigor & elegantia reperitur. editus est
 cum IAC. THOMASII augmentis, Lipsf.
 1714. SCHVRTZFLEISCHIVM, Witt. 1712.

